r. 1768. (Stanisław August Król)

Die natali Ser^mi^ .....

(podpis:) Colleg. Nobil. Varsav. Sch. Piarum.

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

Ze zbiorów

DIE NATALI
SERENISSIMI
STANISLAI AUGUSTI
REGIS POL. M.D.L. D.N.C.
DE FORTUNA.

Anno 1768. 17. Januarij.

Quis Reges doceat regnandi callidus artem?
Auguſta verſent quomodo ſceptra manu?
Nemo! præterquam Fortuna adverſa. Lycæo,
Pæcilique, ſchola hæc, Regibus eſt melior.

Hero-

http://rcin.org.pl
XVIII.2.1116

Heroes hic fata probant; exercita virtus
Tendat ut ad ſummos proficiatque gradus.
Nam nequeunt magnis, poſſunt mediocribus addi,
Hi, queîs læta fluunt omnia, Principibus.
Hic diſcunt, quanti eſt hominum ſapientia, contra
Vim Fati, absque pia Relligionis ope.
Hic, quas dent animo vires adverſa, docentur;
Qualis certando firmat athleta humeros:
Qualis ventorum furiis preſſa undique, figit
Quercus radices firmius alta ſuas.
Sorsque *Coronæ* eadem: nam *tanto firmius* hæret,
Arctius emeritum ſtringere juſſa Caput,
Quanto majores prius eſt experta labores.
Dîs ſuperis nihil eſt gratius, hac acie,
Dîs nihil eſt viſu jucundius, ut bonus eſt Vir
Fortunæ luctans; judice Philoſopho: Seneca.
Jam quid! in hac Reges ipſos ſpectare palæſtra?
O quantum referunt laudis & inde boni!
Hic diſcunt, an ſint homines? mortalibus îsdem
Æque ſubiecti caſibus atque malis.
Quisque ſit Jlle? cui ſolium diademaque debent,
Cujus & imperio ſtant, titubantque Throni.

Hic

http://rcin.org.pl

Hic diſcunt, veros inter diſcrimen amicos,
Et male venalem, fictitiamque fidem.
Noſſe ſuos, quanti eſt! Aſt infelicia tantum
Oſtendunt & dant tempora, noſſe ſuos.
Optime Rex! hodie, quis non ardentibus implet
Nempe aures votis auguriisque Tuas?
Cunctorum per & ora ſonant Tua resque, ſalusque,
Gloria, proſperitas, vitaque Neſtorea.
Sed nitidum, ſolido, diſcernere, jam bene nôſti:
Scis & ubi pugnant, diſſona lingua, animo.
Attulit id lucri Tibi præſens alea rerum,
Quod ſors ferre Tibi proſpera non potuit.
Jam ſine fraude potes, (fauſtum quod ſit Tibi) ſervi
Qui ſunt Fortunæ, noſcere, quive Tui.

MAJESTATIS TUÆ

Fideliſſimi & humillimi ſubditi
Collegium Nobilium Varſavienſe
Scholarum Piarum.

http://rcin.org.pl

Fundacji Im. J. J. Michalskich
Ze zbiorów
http://rcin.org.pl
XVIII. 2. 1116
1895

http://rcin.org.pl

F
XVII-2-1116

http://rcin.org.pl